

*Kristofor Stay*

**Kristofor STAY** (Christophor Stay), filozof, pjesnik (Dubrovnik, 26. XII. 1719–Rim, 12. III. 1777). Brat Benedikta Staya. Književno i filozofsko obrazovanje stječe u Dubrovniku; zajedno s bratom pripada krugu učenih Dubrovčana, pjesnika i znanstvenika koji se okupljaju oko M. Sorokočevića (T. Bassegji, A. Sorokočević, B. Zamagna, M. Bratis i dr.). Rano odlazi u Rim, za bratom, postaje tajnik Klementa XV. i obavlja diplomatske poslove za Dubrovačku Republiku. Vezuje se uz rimski neoklasicistički krug kojemu, među drugima, pripadaju, uz Kristoforova brata Benedikta, R. Bošković, R. Kunik i B. Zamagna. U Rimu ostaje sve do kraja života. Stay je za sobom ostavio nevelik opus: jedno pismo bratu Benediktu o njegovu filozofskom djelu o njutonizmu (*Ad Benedictum fratrem epistola*), predgovor njegovu epu o Descartesu (*Philosophiae recentioris versibus traditae a Benedicto Stay libri decem*), dijalog o didaktičkom pjesništvu (*De poesi didascalica dialogus*, objavljeni zajedno s poemom B. Staya), nadgrobni govor povodom smrti mladića, njegova rođaka, književnika I. Alethija, tajnika Dubrovačke Republike, dvije poslanice pisane na latinskom jeziku u Horacijevu duhu i jednu pjesmu o najveštenju Djevice Marije. U svom filozofsko-estetičkom traktatu o didaktičkoj poeziji, objavljenom uz prvi svezak Benediktova spjeva o Newtonovoj prirodnoj filozofiji pisanom u formi dijaloga, u duhu racionalističkog 18. st. Stay raspravlja o sređnijim filozofsko-estetičkim kategorijama i problemima umjetnosti koje je otrovilo razdoblje klasicizma. Primjerice, to su pitanja istine i ljepote, odnosa prirodno lijepog i umjetnički lijepog; znanja i umjetnosti, pravila umjetnosti, vještine i umijeća. Svojim kritičkim odnosom spram antike, Stay na brojnim primjerima književnih i filozofskih djela (Hesiod, Empedoklo, Pitagora, Platon, Aristotel, Lukrecije, Vergilije) raspravlja o pjesničkom talentu, božanskom nadahnuću, pjesničkom izrazu, stihu, izmišljanju, fabuli, figurama i pripodobama. Iz temeljnog posrnlata uzvišenosti umjetnosti dokazuje vlastitu tezu o didaskaličnom pjesništvu koje je iznad dramskog i epskog. U svom sustavno pisanom filozofskom traktatu, značajnom za povijest estetike, nastoji dokazati jedinstvo filozofije i umjetnosti, pjesništva, filozofije i znanosti, istine i ljepote, naglašavajući ulogu racionalne spoznaje, razuma i spoznaje, istine i mudrosti koje su nositelji sami pjesnici. Stayjeva rasprava u tom smislu ima svoje značajno, mada do danas umnogomu još neistraženo i zanemareno mjesto i ulogu u domaćoj i europskoj književnoj povijesti i u povijesti estetike.

**DJELA:** *Christophorus Stay Fri Anselmo Katih salutem. Epistola i Christophori Stay De Annuntiatione B. Mariae Virginis carmen*, tkp. (Arhiv Male braće, Dubrovnik); *In funere Ioannis Alleti, primi a secretis Reipublicae ragusinae ministri Christophori Stay, civis ragusini oratio*, tkp. (Arhiv Male braće, Dubrovnik); "Benedicto fratri salutem", u Benedictus Stay Ragusinus, *Philosophiae... versibus traditae libri sex*, Venetis, 1744; 1749; "Ad Benedictum fratrem epistola", u Benedictus Stay, *Philosophiae recentioris*

*versibus traditae a Benedicto Stay libri decem*, Romae, 1755; 1792; "De poesi didascalica dialogus", u *Philosophiae recentioris versibus traditae a Benedicto Stay libri X*, Romae, 1792.

**LITERATURA:** Z. Posava, "Povijesni susret umjetnosti sa znanostu od romantičnog klasicizma do realizma", *Croatia* 11–12 (1978), str. 107–137; I. Martinović, "Stay, Kristo", u D. Falševac, K. Nemeć i D. Novaković (ur.), *Leksikon brvatskih pisaca*, Zagreb, 2000, str. 668–669; R. Seferović, "Kristofor Stay nad odrom Ivana Natalija Alethina u Dubrovniku", *Latina et Graeca* 9 (2006), str. 51–71; "Stay Kristo", u S. Kutleša (ur.), *Filozofski leksikon*, Zagreb, 2012, str. 1097.

## *De poësi didascalica dialogus*

(1792)

Etsi ceterae omnes doctrinae parvis primum orae initis fuerint ac levibus incrementis paulatim auctae, tamen unius poëtarum artis principia ipsa tam illustra extiterunt, ut diis deorumque liberts auctoribus tribuerentur: Nimirum illa suavitate novitate ac rerum nunquam antea cognitatarum admiratione capti homines, artem et artifices, quos humani ingenii excedere vires crederent, facile consecraverunt. Sed neque deinde, cum poëtica multorum usu ac studiis excoleretur, aut consuetudine ipsa fuit eiusdem existimatio immixta, aut illa divinitatis opinio sublata. Qui enim omnium animos tam mirifice allicere ac tenere possent, non sine divino afflatu id assecutos putabant. Unde proprios etiam ac certos deos inflammantis poëtis adunxerunt. Verum haec ipsa diturna admiratio multorum tandem solertiam ac gravitatem etiam philosophorum animadversionem excitavit: qui accurate perspectis atque observatis excellentium poëtarum artificis viisque, quibus incederent, quas rationes tenerent, penitus investigatis, si minus mirabiles, veriores tamen eximiae facultatis causas quaesiverunt. Atque eorum quidem in eo multum versata est industria, ut qua in re potissimum vis ac natura poëticae contineretur, docerent. Unde variae, interque se discrepantes plurimorum opiniones sunt exortae, quando alii in numeris concentrique carminis inesse omnem poëtarum praestantiam, alii in fabularum elegantia, in naturae imitatione alii postam esse contenderent. Qua in controversia, etsi multa acute solletterque dicerentur, illud tamen minus commode accidit, quod nonnulli sua de sententia recederent, artis ipsius magnitudinem, nullis datis philosophiae partibus, imminuerunt. Siquidem poëticae, quae sapientiae coniunctione maxime creverat, a doctrina omnino segregandae auctores fuerunt. Nam qui fabulis aut actionum humanarum simulatione contineri poëticam defendunt, hi poëtas a philosophia aut proptus revocant aut, indulgentiores ut sint, fabulis occultandas disciplinas praecipunt. Qui secus fecerint seu qui perspicue philosophiam versibus tradendam susceperint, poëtarum societate interdictum his esse pronunciant. Ita uno verbo, eos omnes, quos *διδακτὰς* dicimus, a poëtarum numero exclusos volunt. Contra horum sententias plerique sane doctissimi viri veterem poëticae ac philosophiae cognitionem cum tuerentur, plurimis et rationibus et exemplis eiusdem sive retinendae sive redintegrandae utilitatem dignitatemque comprobant. Quibus de rebus mihi etiam saepe multa sunt quaesita, et nuper fuerunt cum eruditissimis mihi que amicissimis viris Antonio et Baldo accuratius

## *Razgovor o poučnom pjesništvu*

Premda su se sve druge znanosti prvi put pojavile s neznatnim počecima i laganim prirasitima se povećavale, ipak striži umijeće pjesnika čiji su počeci bili tako odlični da ih pripisuju bogovima i božanski slobodnim tvorcima. Jamacho ljudi, osvojeni onom dražesnom novinom i udiviljenjem prema ranije nepoznatoj prirodi, olako su među bogove ubrojili umijeće i umjetnike, jer su vjerovali da nadilaze snage ljudskog znanja. Ali ni kasnije nije bilo otklonjeno ono poimanje, da je <pjesništvo> božanski dar, niti je bilo zbog same navike umanjeno to isto mnijenje, premda su ljudi već bili oplemenjeni iskustvom i nastojanjima mnogih u pjesništvu. Smatrali su naime da pjesnici ne mogu bez božanskog nadahnuća tako čudesno pridobivati i zadržavati duhove svih ljudi koji su to slijedili. Zato su prihvatili posebne čak i određene bogove za nadahnjivanje pjesnika. Doista, ovo samo dugotrajno divljenje najzad je potaklo pažnju mnogih, čak i ozbiljnih filozofa, pa su oni istražili ako ne čudesne, ono istinitije uzroke i izuzetne sposobnosti ogleđavši i razmotrivši ponajviše umjetnine vrsnih pjesnika i putove kojima su oni stupali kao i sama načela kojih su se pjesnici držali. Oni naučavaju da se moć i narav pjesništva sadrži u samoj radinosti koju u tu stvar ulazi. U raspru su umanjili veliku ulogu samog umijeća, iako su oštroumno i vješto iznijeli mnogo toga, ipak se to događalo neujudno, jer neki nisu odustajali od svoga mišljenja po kojem pjesništvu ne daju nijednu čest filozofije. Autori su morali toga radi od znanosti odijeliti one pjesničke vrste čija se mudrost najviše uzdiĝla njihovim spajanjima. Naime, oni koji drane mnijenje da se pjesništvo sastoji od priča ili oponašanja ljudskih radnji, oni odvrtaču pjesnike od filozofije ili, ako su popustljiviji, naređuju da znanost u njima mora biti skrivena pričama. Oni priopćuju da se druženje s pjesnicima zabranjuje onima koji bi drugaćije činili ili koji bi prihvatili otvoreno iznošenje filozofije u stihovima. Tako, jednom riječju, žele isključiti iz pjesnika sve one koje nazivamo *διδακτὰς* <učiteljima>. Nasuprot tim poimanjima, većina najučenijih ljudi, kad je razmotrila staru srodnost pjesništva i filozofije, na mnogobrojnim dokazima i primjerima njezina očuvanja ili pak upotpunjavanja, odobrila je tu korist i vrijednost. O tim stvarima sam se i ja mnogo rasplivao, a kad sam se onomadne našao s vrlo učenim i meni predragim prijateljima Antunom i Baldom o tom smo pomnijivo raspravljali. Kad sam bio kod

disputata. Apud A. enim cum essem, eaque de re forte exortus esset sermo, paulatim, ut in disserendo fit, quidam nos orationis ardor in intimas illius controversiae partes induxit. In quo illud etiam gratissimum fuit, quod inde singularem A. in his etiam elegantioribus litteris intelligentiam intuerer. Nam illum quidem multis esse ac gravissimis disciplinas egregie instructum ex summa, quae mihi cum illo intercesserat, necessitudine satis noveram. Siquidem quotidie fere una cum aliis eruditus viris, quorum familiaritate utebamur, sive illum conveniebam sive ad me ille commeabar. In quorum consuetudine cum elegantissimorum hominum sermonibus omni urbanitatis ac litterarum suavitate conditis plurimum fruebar, tum ipsius A. insignem doctrinam potissimum admirabar. Sed tantam in illo inesse politiorum etiam studiorum scientiam nunquam certe animadverteram, quantam ex ea, quae inter nos fuit orta his de rebus controversia, perspexi. Nam cum maturus, quam ceteri soletent, ad illius domum me contulissen, eodem adventientem offendi B. eximiae indolis iuvenem, quique ad excellens ingenium parem diligentiam ac discendi cupiditatem adiunxerat. Quapropter libentissime sese ad A. applicaverat. At A. quo illius desiderio obsequeretur, incidere interdum huiusmodi de litteris sermones non aegre patiebatur, ut de doctrinarum studiis praecclare et ipse multa afferret et alacre B. ingenium ad cogitandum ac dicendum commoveret. Itaque cum A. tum una adissemus, in legendo et commentando non medicocriter intentum ac defixum deprehendimus.

Cui B. vereor, inquit, ne minus opportuni simus, qui tam occupatum interpellamus.

Vos vero, inquit A., percommode adestis; ab ea enim, qua distinebar cura, non tam sewocatis, quam ad illam mecum partendam acceditis. Hesiodi *Theogoniam* paulo attentius perlegebam, siquidem vetustissimum ac in primis nobilem poetam considero tanquam praeclearum quoddam religionis ac doctrinae illorum Graeciae temporum nobis reliquum monumentum. Quot enim in illo, quam insignes de divina vi ac natura, quot de elementis ac rerum causis, quam suavis fabulis inclusae sententiae! Sed hoc loco vetus illa didascalici carminis et doctrinae allegoris obtegendae ratio occurrebat animo, ac mecum cogitabam, quanta in hoc poetice genere commutatio deinde esset consecuta, cum amplificatis doctrinarum studiis ipsa rerum obscuritas ac difficultas ab ea fabulandi consuetudine poetas retraxisset.

Tum B. at cur, inquit, non pristinum hunc morem deinceps etiam retinere potuissent aut cur nostri nunc homines repetere vetustam illam Musarum ingenio magis accommodatam rationem ac redintegrare non possint? Equidem ut arbitror, tunc multo ornator haec poeticae pars esset atque ex animatis his fabularum simulacris sensus et vita quodammodo ac magna certe carminibus vis accederet ad amovendam omnem disciplinae molestiam et obscuritatem doctrinae.

Antuna iznenada nastja govor o tom slučajju i malo po malo, kako se to u raspravljajući događa, neki nas zanos rječitosti uvuče u najskrovitije dijelove ove rasprave. U tom razgovoru najkorisnije je bilo to što sam otud upoznao jedinstveno Antunovo poimanje o toj kičenoj književnosti. Iz svega o čemu sam s njim raspravljao nužno sam dovoljno saznao da je on zaista izvršno bio upućen u mnoge i najteže znanosti. I doista, svaki dan ili sam ja dolazio k njemu ili on k meni s ostalim učenicim ljudima čije smo prijateljsko uživali. I dok sam tako po navici ponajviše uživao slušajući govore začinjene svom dražešću finog obrazovanja i književnosti najprobranijih ljudi, istodobno sam se divio upravo Antunu i njegovom izvršnom znanju. Uistinu, nikada ranije nisam zamijetio da on posjeduje tako veliko znanje o lijepim umjetnostima koliko spoznah iz rasprave koju je o tim stvarima zametnuo među nama. Kad sam se jednaput zaputio k Antunovoj kući nešto ranije nego običavaju ostali, susretoh Baldu, mladića izuzetne darovitosti, koji je tamo pristizao. Baldo je u sebi sjediniio s odličnim talentom jednu marljivost i privrženost učenju. Toga radi on se veoma rado družio s Antunom. A Antun, da bi ugodio njegovoj želji, nije nerado dopuštao sebi da se ponekad upusti u takve rasgovore o književnosti, toga radi da i sam veoma jasno i mnogo pridonese znanstvenim nastojanjima, ali i da potakne dar na razmišljanje i raspravljanje Baldov živi naravni. I tako kad smo došli zajedno uhvatismo se s Antunom čitanja i objašnjavanja ne samo opušteno, nego ponekad dobro upregnuso sve svoje moći.

Tada Baldo reče: "Bojim se da smo odveć nepristojni jer smetamo jako zauzetu čovjeku."

Na to će Antun: "Vi dolazite doista u pravi čas i ne rastavljate me toliko od onog posla kojim sam zauzet ukoliko sa mnom pristupite da raščlanimo ovu Heziodovu *Theogoniju* koju sam nešto pažljivije razgledao. Budući da držim kako je on najstariji i prije svega slavan pjesnik, tako rekuć, jedini preostali nam plemeniti spomenik religije i nauka onodobne Grčke. Koliko samo on toga u sebi sadrži, kolika odličja božanske snage i naravi, koliko toga o počecima i uzrocima stvari, kolike su kod njega mudre misli ovijene ugodnim pričama! Ali na ovom mjestu pada mi na um ono staro načelo poučne pjesme i skrivaranja znanosti alegorijama, pa sam u sebi razmišljao: kolika je pak uslijedila promjena u toj vrsti pjesništva kad su baš pravo nerazumijevanje stvari i poteskoće nastale s proširenim znanstvenim nastojanjima i odvratile pjesnike od onog uobičajenog pripovijedanja priča."

Tada Baldo reče: "Zašto nisu mogli neprekidno zadržati ovaj nekadašnji običaj ili zašto naši ljudi sada ne mogu obnoviti i upotpuniti ono staro geniju Muza prikladnije načelo? Doista, kako ja sudim, tada je taj dio pjesništva bio mnogo urušeniji, a iz tih oživljenih prizora priča pridolaze pjesmama neka očućenja i život kao i doista velika moć za uklanjanje svake stegovne neprirrodnosti i nerazumijevanja znanosti."

Turn A. quis, inquit, non tibi istud assentietur, miram esse suavitatem fabulis, si lucem rebus afferant? Sed quam quæso nunquam viam reperiri putas, qua obscuras res etiam ac difficiles quispiam expedire ac illustrare fabulis possit? Unde tantam fabularum suppellectilem accereset, quæ par sit tam multiplicibus ac tam variis experimentis doctrinis? Ac si quis singularis ingenii facultate id etiam assequetur, quo tamen pacto efficeret, ut quæ ita fingendo involverit, ea facile ab aliis intelligantur? Sini enim aliquæ mitiores doctrinae partes, quæ fortasse istæc involuæ non omnino respiciant, verum si de difficilioribus nature causis erit agendum, censens res sua sponte impeditas, fabularum accessione non impeditorum etiam atque obscuriores futuras?

Turn B. at ego, inquit, obscuris etiam rebus magnam inde lucem adfuturam mihi persuades. Quippe illa ipsa alienæ formæ similitudo quantum valet ad hominum ingenia excitanda! Proinde istæc fabularum latebris includendæ veritatis solertia mihi videri solet præ se ferre quamdam illius, quæ in Vergili *Bucolicis* est, puellæ speciem fingere ac latere velle se idcirco simulantis, ut et investigandi sui cupiditatem aliis incuit, et inventiendi iucunditatem actorem.

Turn ego, atqui miram hanc omnem, inquam, acuendæ intelligentiæ vim, quam dicis inesse fabulis, nulla re aptius quam ipso fabularum exemplo refutari posse opinor. Ne recedam longius Hesiodi, quem ceteris ad imitandum proposuisti, testibus utar fabulis. Quid enim iisdem obscurius, quid incertius? Neque nobis hæc tenebras temporum, quibus ab illo recedimus, longinquitas atulit. Acque in illo explicando discrepantes eorum etiam sententiæ fuerunt, qui ab illius ætate multo propius aberant. Scimus Zenonem stoicam in eius fabulis interpretandis sustulisse omnino receptas illas cognitiones deorum et rebus inanimatis ac mutis docuisse hæc tributa nomina. Quid igitur nostri poetæ sibi polliceri nunc possint, quando iste fabulandi usus, tanquam Aegyptiorum ænigmata, tandiu obsoleverit? Quamobrem si quis nunc fabulas in rebus præsertim difficilioribus explanandis revocet, meo iudicio perinde faciat, ac si incertas ac dubias rerum notas magis ad divinandum quam ad intelligendum proponat.

Turn B., quid causæ est, inquit, ut ob variam Hesiodi interpretationem totum fabularum genus in invidiam adducas? Usuritare enim facile potuit, ut eiusmodi fabulas suis versibus Hesiodus includeret, quæ tunc ipsa sermonis consuetudine faciles apertaerque essent, quarum deinde cum intercidisset usus, intelligentiam, quæ sequerentur, ætates non tenerent. Sed fabularum straviratem si probemus, non est, cur ob huiusmodi latebras sint revidendæ. Siquidem hæc obscuritatis incommodo mederi nullo negotio possumus, si eius generis fabulas usurpemus, quæ non arbitrari cuiuspiam nec opinionum aut morum inconstantia effectæ

Tada Antun reče: "Tko se neće s tobom složiti u tom da priče posjeduju divnu ljupkost ako pridonose jasnoću stvarima? Ali molim, namjeravaš li ponovo pronaći put koji može uz pomoć priče razotkriti i rasvijetliti sve nejasne stvari i poteškoće? Otkuda će dobarviti toliku zakladu priča koje su jednako prikladne za jasno iznošenje kako mnogostrukim tako i različitim znanostima? Pa ako tko čak i postigne tu jasnoću sposobnošću osobnog talenta, da li će to postići pod uvjetom da je stvaranjem tako pektije kako bi je ostrali lako mogli razumjeti? Postoje naime neki lakši dijelovi znanosti koji možda sasvim ne zabavju te zatore, ali ako se pak radi o težim prirodnim razlozima, zar ne smatraš da dodavanjem priča one stvari koje su same po sebi nepristupne neće postati još nepristupnije i nejasnije?"

Tada Baldo reče: "A ja sam uvjeren da će otud doći veliko svjetlo čak i nejasnijim stvarima. Dakako da ta sama sličnost tuđem obliku i te kako pridonosi izgradnji oštroumlja kod ljudi! Stoga meni se čini da eto ta vješitina skrivanja istine u skrovitija priča običava istaknuti ono nešto njeno, što se nalazi u Vergiljevim *Bukolikama*, onaj lik djevojke koja hineći bježanje i skrivanje želi time kod drugih potaći strast svoga istraživanja i smionije uživanje u otkrivanju."

Tada ja rekoh: "To što kažeš da se u pričama nalazi sva ona čudna moć brušenja ljudskog poimanja, ja pak mislim da se to može pobiti najzgodnije samim primjerom iz priča. I da se ne odmičem dalje, kao dokazima poslužiti ću se Heziodovim pričama koje si ti ponudio drugima za uzor. Postoji li što nejasnije i nepouzdanije od njih? A taj mrak nam nije donio onaj veliki vremenski razmak koji se nalazi između nas i njega. Isto tako u tumačenju njegovih djela postojala su proturječna mnijenja čak i onih koji su bili znatno bliže njegovom dobu. Znamo da je stoik Zenon razlažući njegove priče potpuno iz njih odstranio ona preuzeta poimanja o bogovima i da je tvrdio kako su ta imena bila dodijeljena neživim i nijemim stvarima. Dakle, što bi naši pjesnici sad mogli obećavati pričama kad je takva njihova uporaba u pripovijedanju već odavno istrošena poput one egiptarske zagonetke? Stoga, ako bi tko sad obnovio priče za razjašnjenje, osobito u onim težim stvarima, po mom sudu, on ako bi iznosio neka nepouzdana i sumnjiva znanja o stvarima, to bi činio više s ciljem da se o njima nešto naslutiti nego da ih se pojmi."

Tada Baldo reče: "Je li to valjan razlog, da zbog različitih tumačenja Hezioda zamrzai svaku vrstu priča? Naime, lako se moglo dogoditi da je Heziod u svoje stihove zatvorio onakve priče koje su po samoj uporabi govora tada bile lagane i jasne, a kad je takva uporaba govora zamenuta, naraštaji koji su slijedili nisu sačuvali ono njihovo prvotno poimanje za kasnija pokoljenja. Ali ako dokazujemo draž priča, nije valjan razlog da zbog tih izlika one moraju biti odbačene. Dakako da tu nepriliku glede nejasnoće ne možemo predusresti nikakvim naporom ako upotrebljavamo opskurne vrste priča koje su oblikovane ne po bilo čijoj volji i prema nesvalnosti mišljenja i običaja ljudi, nego ako su priče uzete iz same prirodne

sint, sed ab ipsa naturae similitudine ac veritate depromptae. Eaedem enim neque intercidere unquam possunt neque obsolescere. His velut a natura impressis notis ac vestigiis cum insistent poetae, facile ac iucunde ad res cognoscendas non deducunt. Quare in conficiendis suis fabulis volo, ut has arripiant ac sequantur, ex quibus appareant, quae in rebus insunt, similitudines ac propinquitates. Has dum inter se component atque aliarum vultus ad alias transferent atque immutabunt, ea ipsa alienae imaginis inducta specie mirum in modum intelligentiam atque animadversionem legentium acuent. Exemplo antiquissimae pythagoraeorum fabulae rem apertioram faciam. Non ignoras, quae vis, quae significatio illorum harmoniae fuerit, atque illa Phoebi imagine Musas cithara in orbem moventis, quam apertam omnem gravitatis doctrinam comprehenderint ac paene subiecerint oculis. Quod quidem quo alio artificio fuit a Pythagora perfectum, nisi similitudine fidium ad planetarum motus exprimendos traducta? Nempe cum miram utrinque consonionem existere deprehenderet, intervalla intervallis, sonos motibus congruere, haec inter se commutanda esse duxit, siderum cursus Phoebi ac Musarum specie vestiendos, fabulae hilaritate condendam doctrinam. Hunc in modum musicarum rationum effigie leviter ac venuste adumbrata caelestium conversionum naturam ac mores expressit: ut quaecumque de illa trahendi vi et gravitatis legibus deinde sunt comperta, universa fere sub hoc uno fidium involuero fuisse inclusa videamus. Quare cur ceterae etiam philosophiae partes sane minus difficiles atque involutae aequae explicari non possint, cum haec tam obscura ac multiplex gravitatis ratio fuerit unius fabulae adminiculo tam commode exposita?

Tum A., egregii sane, inquit, exempli tibi in mentem venit, et quo uno controversiam omnem facile conficeres, si de occultandis doctrinis atque eo fabularum integumentis celandis quaereremus. Quamquam enim hic (me intuens atque arridens) inde ullam huiusmodi ne coniecturam quidem faceret, sed post stellarum conversiones diu perspectas et illas gravitatis vires ex ipsa caeli observatione tandem patefactas tum primum harmoniae similitudinem siderum motibus accommodatam fuisse, et post eventum nos Aedipos esse coepisse tecum contendere. Ambiguas res nimirum facile ad quaecumque partem flectimus, utque lucos ac praelia in nubibus, sic in veterum fabulis multa, quae illi ne suspicari quidem fuerunt, intruemur, atque in illis interpretandis plus nos ipsi fingimus quam illi in lucubrandis. Sed pugnare tecum nolo, liberalius etiam agam et concedam illo fidium involuero fuisse revera omnem gravitatis doctrinam, ac duplicatas reciprocas, ut vocant illas etiam rationes, si ita placet, inclusas. Verum ad illud, de quo agimus, quantum id referet? Neque enim disputamus de illo fabularum genere, quae quasi mysteria quaedam ad doctrinas ab oculis hominum amovendas erant institutae neque infanciamur istiusmodi fabulis difficiles etiam disciplinas implicari quoquo modo posse atque involvi. Unum hoc defendimus: quo magis factis his commentis involutae sint,

sličnosti i zbilje. Jedino ove ne mogu nikada propasti niti se istrošiti. Dok god se budu zanimali pjesnici tim prirodno istisnutim znanjima i spoznajama, ugodno i lako će nas odvesti do spoznavanja stvari. Zato ja želim da oni u sastavljanju svojih priča usvajaju i stijede ono iz čega se jasno očituju sličnosti i bliskosti koje se nalaze u stvarima. Dok se one međusobno budu slagale, kao i dok budu prenosile spojašnost jednih na druge i međusobno ih mijenjale, tom samom prikrivenom pojavom tuđe slike na divan će način izoštravati i spoznaju i tankočudnost čitalaca. To ću pojasniti na primjeru veoma starih priča pitagorejaca. Ti dobro znaš koju moć i koje značenje je imala harmonija kod njih kao i ona citara s likom Feba koji pokreće u krug Muze, te kako zgodno su mogli razumjeti i gotovo gledaocima podastrijeti svaki ozbiljniji nauk. Sto je pak Pitagora s tom jednom umjetničkom postigao drugo nego prebaciši sličnost citare na planete, prikazao je njihovo kretanje. Naime, jer je pronašao da postoji divno suglasje obojega i da se podudaraju razmaci s razmacima i zvuci s pokretima, smatrao je da se oni međusobno moraju izmjenjivati i da se putanje zvijezda mora zaočijeti likom Feba i Muza kako bi nauk bio zasađen veselošću priče. Na ovaj način izložio je on narav i zakone nebeskih promjena lagano i ljupko zasjenivši ih silikom glazbenih odnosa. Potom, što god je bilo doznano iz one slike privlačenja i zakona teže, kako vidimo da je gotovo čitav svemir bio zastrt tim jedinom zaslorom citare. Stoga, zašto ne mogu isto tako biti rastumaceni i ostali dijelovi filozofije, koji su inače lakši i razumljiviji, kad je tako zgodno pomoću jedne priče kao podupornija objašnjeno ovo tako nejasno i mngostruko poimanje sile teže?

Tada Antun reče: "Zaista izvrtan ti je primjer pao na pamet da tim jednim lako zaključiš svaku raspravu kad se tužimo na skrivanja znanosti a i pritajivanja pod tim pokrivačem priča. Iako on otud ne stvara nijedan zaključak, gledajući me i osmjehujući mi se, ali pošto su već odavno proučene kretanje zvijezda i napokon su otkrivene one sile teže promatranjem samoga neba i tek se tada prvi put moglo uveriti nekoga da se sličnost harmonije primijenila na kretanja zvijezda i nebeskih tijela, a poslije uspjeha s tobom mi smo počeli bivati Edipi. Mi sada veoma lako na sve strane okrećemo drojbene stvari, kao npr. gajewe i sukobe na nebesima. Tako se u pričama starih obaziremo na mnogo onoga što njima nije bilo sumnjivo, a tumačeći te priče više toga predočavamo sami sebi nego su oni u njihovim stvaranjima ih uz svjedu. Ali neću se s tobom svađati, čak ću postupiti kao Iheral i dopustiti ću da se pod onim zaslorom lire doista nalazio čitavi nauk sile teže i podvstručena uzajamna pomjeranja, kako nazivaju one zatvorene odnose ako ti se tako dopada ukoliko se to odnosi doista na ono o čemu raspravljamo. Ne raspravljajmo o onoj vrsti priča koje su bile izmišljene kao neka otajstva za udovoljavanje znanosti od ljudskih očiju niti trujimo tom istom vrstom priča ozbiljne znanosti uplućiti ih i umotavjajući na sve moguće načine. Samo ovo branimo: što budu više omotane

eo impeditiorem earundem intelligentiam fore, atque ita fabulis ad occultandam philosophiam opportunus esse posse, ad illustrandam non posse. Quare pythagoreis relinquamus hunc fabulandi morem: nos si a didascalis illustrari philosophiam volumus, istaec integumenta ab eorundem versibus arcemus. Quo enim pacto fabulae veritatis interpretes esse possunt, si ipsae interpretes alio interprete indigent? Nam si ob suavitatem carminis adhibendas censes, qui quæso lepore, quæ incunditas ex obscuritate ac tenebris exoriri unquam potest? Pæspicitatem enim præsertim cum de abditis rebus causis eriri agendum, primam dicendi virtutem esse iudico, utque egregiæ picturæ, sic omnem scribendi laudem intercepti, si hæc careat. Atque hanc unam ob causam opinor fuisse fabulas a veterum sapientium carminibus paulatim reiectas, atque ab Empedocle, Parmenide atque aliis italicæ discipline philosophis, idcirco hunc apertis versibus philosophandi usum fuisse demum introductum.

Tum B. acriter appugnari me, inquit, et loco paene deiici faterer hæc obscuritatis carminia atque his Empedoclis atque Italicorum exemplis, nisi opportune occurreret, quem subsidio advocare et citius iudicio fabulas tutari facile possim. An Platonis vobis in mentem non venit? Nonne unq̄ illius exemplo omnem hanc Italicorum auctoritatem et omnes abrogandæ fabulae rationes prorsus labefectas videtis? Quis enim unquam non solum philosophorum, sed etiam poetarum est atque ille istiusmodi fingendis ac fabricandis commentis delectatus? Itaque ob id ipsum comminiscendi studium Homerum philosophum nuncupatum fuisse opinor.

Tum A. imo, inquit, Platonem totum a nobis esse iudico. Quando enim istaec fabularum ornamenta nisi in facillioribus argumentis adhiberi? Sed cum ad obscuriores rerum causas explicandas interdum delibitur, quam accuratè omnem comminiscendi licentiam remoret! Quam aperte omnia, quam nude pronunciat! Illius, quæ in *Timæo* est, de universitate naturæ disputationis velim recordere. Quod magis a fabulis remotum atque alienum esse potest loquendi genus quam quo ille difficultem de corporum elementis quæestionem exponit? Quo plinius res expedit, nomen arithmeticæ etiam numeris ac geometriæ figuris utitur? Nonne iisdem verbis explicat, quibus in iis artibus tradi solent? Quis igitur rectius quam Platonis auctoritatem nobis vindicemus, qui cum isto consecrandæ fabulae studio traheretur, omnem fingendi rationem in obscurioribus rebus explicandis descendit atque abicit, et re ipsa identidem dictum illud comprobat, quod usurpare erat solitus: *veritatem nimis fabulis omnibus esse suavitorem?*

Tum B. aegre, inquit, Platonis auctoritatem extorqueri mihi pateret, neque enim, opinor, complura mihi illius exempla deesse possent, si philosophorum testimonio

tim izmisljenim objašnjenjima, tim će biti nepristupačnije razumijevanje njih, isto tako odbijamo da priče koje mogu biti prikladne za skrivanje filozofije ne mogu biti prikladne i za njeno rasvijetljavanje. Stoga pustimo sad taj pitagorejski način pripovijedanja priča, ako želimo da filozofiju rasvijetljavju poučni pjesnici i baš taj zastor odvratimo od njihovih stihova. Pod kojim uvjetom priče mogu biti tumaći istine – ako one same, kao tumaći, ne potrebuju drugog tumaća? Ako smatraš da se one moraju rabiti poradi ljupkosti pjesme, molim, koja je to nejeznost, koja ti pak dražest nekada nastala iz tmina i mraka? Pošto se osobito iz skrivenih uzroka stravi mora postići jasnoća koja je po općem sudu prva vrhina govorenja, jer bez nje pjesanje gubi svaku pohvalu, kao što je gubi i izvrsno slikarstvo ako oskudijeva svjetlošću. Smatram da je to bio onaj jedan od uzroka zbog kojega su malo po malo zabacili priče stari mudraci Empedoklo, Parmenid, kao i ostali filozofi italiskog nauka, te je stoga jedino u razgovjertim stihovima bio uveden ovakav način bavjenja filozofijom."

Tada Baldo reče: "Mogu priznati da me žestoko napadaš i gotovo s nogu obaraš tim izvrtaajem nejasnoće i tim primjerima Empedokla i Italika, da mi nije zgodno u pomoć pretekao onaj kojega lako mogu zavrati u pomoć i zaštititi se njegovim pomnjanem priča. Zar se nisi sjetiti Platonā? Zar ne vidite da je samo jednim njegovim primjerom stvaren sav taj ugled Italika i svi razlozi odbacivanja priča? Da li se ikad netko, ne samo od filozofa nego i od pjesnika, jednako kao on radovao stvaranju i izmisljanju komentara te vrste? Stoga mislim da je Homer bio proglašen filozofom upravo zbog te same težnje prema izmisljanju priča."

Tada Antun reče: "Naravno, ja sudim da je čitav Platon na našoj strani. Kada on rabi te fabulske ornamente osim u lakšim dokazima? Ali kad ga ponekad zapadne da mora razlagati nejasnije uzroke stvari, kako samo pomnijvo otklanja svaku samovoju izmisljanja priča i kako samo otvoreno i jednostavno iznosi sve! Želim te podsjetiti na onu njegovu raspravu o univerzalnosti prirode što se nalazi u *Timaju*. Koja vrsta govora može biti više strana i udaljenija od one kojom on iznosi teško pitanje o početima čelusa? Zar se ne služi aritmetičkim brojevima i geometrijskim slikama da što jasnije iznese samu stvar? Ne izlaže li on onim istim riječima kojima običavaju i drugi u tim vještinama izlagati? Dakle, što je ispravnije da mi zaštitimo ugled Platona – da li onoga koji privlači s tim žarom pristajanja uz priče ili onoga koji u iznošenju nejasnijih stvari napušta i odbacuje svaku pomisao izmisljanja priča i koji je često na djelu potvrdio onu izreku, naravno da je istina draža od svih priča, koju je običavao rabiti?"

Tada Baldo reče: "Teško bih dopustio da mi netko otrne Platonov ugled, a i ne pomisliam da bi mi mogli nedostajati mnogobrojni njegovi primjeri ako nam bude

nobis est pugnandum. Sed quid attinet in iis immorari, quando poetarum mores exquimus? Quare ceteros omitamus et horum tantummodo exempla intueamur.

Tum A., quid si eos, inquit, nihilo aequiores sis habiturus et eorum etiam subsidiis destitutum te sentias? Ac non unum aliquem e populo, sed ipsum latinorum poetarum principem testem adhibebo. Perulgatos et pulcherrimos Vergilii de anima mundi versus velim in memoriam revoces. Nonne apertissime stoicorum sententiam exponi et omnia fabularum involucre removeri vides? Alios etiam *Georgicorum* et *Bucolicorum* locos recordere: nam et Silenium epicureorum more philosophantem et causas rerum aperte ubique explicitas agnoscas.

Hoc loco B., equidem, inquit, nunquam Virgilium tot locis tamque constanter in diffalioribus doctrinis refugientem fabulas animadverteram.

Tum ego, at eundem, inquam, hunc morem reiendae in rebus obscuris fabulae fuisse aequae constanter omnium latinorum poetarum usu comprobatum facile possem ostendere. Sed ad Virgilii auctoritatem unius Ovidii exemplum adiciam: est enim fortasse ceteris omnibus ad probandum accommodatius, quippe a poeta fabularum studiosissimo desumptum. Memnistine eius uberes illos ac luculentos de Pythagorae metempsychosi versus? Nosti quam enucleate, quam diu in omni illa expedienda doctrina immoretur? Nonne, quasi lege aliqua impeditus, quae vetet doctrinis immisceri fabulas, in medio fabularum aestu instituti sui repente immemor missas facit aegorias et rem omnem illis fingendi integumentis exsolutam ac nudatam explicat? Hoc loco A., quidni igitur, inquit, controuersiam iam omnem sublatam confitemur? Et poetis cum data opera sese ad disciplinas versibus illustrandas convertunt, ab omni fingendi licentia abstinendum statuimus? Nam cum iis quidem, qui leviora ac facilliora argumenta pettrant, indulgentiores esse possumus, in manifestis enim rebus nihil lucis, accessione fabulae, detrahitur, iucunditatis veto non parum adiungitur. Sed huiusmodi festivitates a grauioribus doctrinis omnino removendas censeo, et tanquam inutiliter ornatus in palæstra adhiberi solitos, in veris certaminibus, quia oneri sunt motusque corporis impediunt, abiciendas.

Tum B., me sane, inquit, tam luculentis exemplis a tuenda fabula paene retraxistis; sed illud veroor, ne si didascalics fabulas omnino tollimus, una omnem, quae poetarum est propria, vim et nomen ipsorum adimamus. Scitis enim quam multi, neque ii quidem indocti, sacra potius sine cantu et tibius, ut aiunt, quam poetam sine fabulis esse posse affirmant.

potrebno boriti se s dokazima filozofa. No što se tog tiče, zašto se zadržavati na njima kada istražujemo običaje pjesnika? Zato sve drugo pustimo i razmotrimo samo primjer pjesnika."

Tada Antun reče: "Što li ne cijeniš one umjerenije i misliš li da je tebe napustila čak i njihova pomoć? I za svjedoka ću prizvati ne jednog nepoznatog čovjeka iz pulka, nego samog prvaka rimskih pjesnika. Htio bih da se prisjetiš onih veoma poznatih i prelijepih Vergilijevih stihova o duši svenirra. Zar ne vidiš da je tu veoma otvoreno izloženo storjko poimanje i da je uklonjeno svako umotavanje u priče? Prisjeti se također i drugih mjesta iz *Georgika* i *Bucolika* pa ćeš prepoznati da je Silen kao epikurejac posvruda jasno iznio filozofiju i uzroke stvari."

Baldo će na to: "Doista nikada ne bijah opazio da je Vergilije na tom i drugim mjestima onaj koji tako postojano u režim naučima izbjegava priče."

Tada ja rekoh: "Lako mogu pokazati da je taj isti običaj odbacivanja priča u nejasnijim stvarima bio jednako postojan i kod njega kao i svih rimskih pjesnika, što su svojom uporabom potvrdili. Ali k Vergilijevom ugladu dodat ću samo primjer jednog Ovidija, a njega sam izabrao kao najbrevnijeg pjesnika glede priča, pa je valjda od svih drugih daleko prikladniji da to potvrdi. Ne spieas li se onih njegovih izbušenih i vršnih stihova o Piagoinjoj metempsychozii? Znas li kako se temeljito i kako dugo zadržava na svakom onom načelu koje se mora prihvatiti? Ne čini li ti se da on, kao da je sprječen nekim zakonom koji zabranjuje nauku pomiješati s pričama, u središtu bibanja priča izmencada zaboravlja svoju naviku i pošto je napustio alegorije, svaku stvar objašnjava, razgolivši i oslobodivši je svih onih izmješljanja?"

Tada Antun reče: "Dakle, zašto ne priznamo da je na ovom mjestu već privedena kraju svraka rasprava? I otkredujemo li mi pjesnicima da se moraju uzdržavati svake slobode izmješljanja kad rabe stihove u onim djelima koja su upravo oni odredili za rasvjeljavanja znanosti? Uistinu, možemo biti blazi prema onima koji obrađuju manje i lakše sadržaje, u očiglednim stvarima proširenjem priče ne umanjuje se nimalo njihova jasnoća, a pridodaje se deista ne neznatna ljupkost. Kao što stari nisu običavali upotrebljavati u vježbalistu nekorisne urese, jer su na teret i jer sprečavaju pokrete tijela za vrijeme pravih natjecanja, smatram da tako isto nauki moraju biti sasvim uklonjeni iz ozbiljnijih znanosti."

Tada Baldo reče: "Gotovo si me tako šaljivim primjerima odvratio od razmatranja same priče, ali, ako poučim pjesnicima potpuno oduzimamo priče, bojim se da im time ujedno otkinemo sve ono što tvori osobitosti, snagu i samo ime pjesnika. Vi znate kako mnogi, ne samo oni koji su neučki, kažu kako prijte može biti blagdan bez svirke i pjesme nego pjesnik bez priča."

At nos, inquit A., non leviores Hesiodi, quem paulo ante legeram, auctoritatem illis opponemus. At mirum in Ascræ vallibus a sese auditis esse Musas, cum proficerentur, nosse se multas dicere verosimiles fabulas, sed veritatem ipsam item nosse atque etiam malle dicere:

ἴδμεν νεώδεια πολλά λέγειν ἐπιλοισιν ὄμοια,  
 ἴδμεν δ' εὖτ' ἐθέλωμεν ἀληθεῖα γηροσούθαι <μυθισούθαι>.

Ipsò Musarum testimonio aperte philosophandi rationem, ut vides, tuetur, sed quò demum vocabulo didascalicos appellemus, non magnopere laboraverim. Placet illa Adissoni in refellendis Miltoni obtrektoribus urbanitas, qui negabant illius poema heroicum esse nuncupandum, propterea quò primæ poematis partes Deo essent assignatæ; *at vos*, inquit, *si heroicum dici minus lubet, divinum appellatote*; ita didascalici, si minus fabulæ, veritatis et sapientiæ poetæ per me licet nuncupentur.

Tum B., ne ego quidem, inquit, controversia nominis magnopere torqueret, nisi rem ipsam in hac verbi contentione agi viderem et poetiæ vim omnem ac naturam in disceptationem vocari. Si enim fabulæ non sua ipsarum causa a poetis conquirendas putas, tamen oportet, ut ob eam imitandi necessitatem, qui est præcipuus poetis finis propositus, retinendas fateare. Scis enim plerosque censere omnem poetiæ præstantiam in humanarum actionum imitatione esse positam, huius autem imitationis tanquam ministras esse atque effectrices fabulæ. Quorum quidem sententia, etsi mihi aliquam dubitationem afferre soleat, tamen magnopere moveor, cum considero eandem imitationem afferre soleat, tamen magnopere quasi conditore Aristotele latam esse. Qui propterea Empedoclem, quod nullis adhibitis fabulis ab hac imitandi norma recessisset et nudis versibus philosophiam esset persecutus, a poetarum civitate excludendum sanxit. Quid quod idem germanam imitandi rationem illam esse statuit, cum poetæ eos ipsos, de quibus agunt, loquentes inducunt. Si ab hac alienæ personæ ac sermonis simulatione quiddam recesserint, resque gestas per se ipsi narrandas susceperint, narratores tum esse, non imitatores nec poetas appellandos pronunciat. Quare quid didascalis fiet? Quid ex eo poetarum artificio reliquum illis erit, cum non modo in nulla actionum imitatione versentur, sed ipsa etiam huius imitationis quoquo modo simulandæ instrumenta – fabulæ illis auferamus?

Antun reče: "Pa mi njima ne suprostavljamò Hesioda kao beznačajniji ugled, kojega sam malo ranije čitao. On tvrdi da je osobno doista u dolinama Askreje slušao Muze dok su javno priznavale kako su one znale kazivati mnoge polustintne priče, a da su pri tome znale i samu istinu i da su nju rađe kazivale.

ἴδμεν νεώδεια πολλά λέγειν ἐπιλοισιν ὄμοια,  
 ἴδμεν δ' εὖτ' ἐθέλωμεν ἀληθεῖα γηροσούθαι <μυθισούθαι>.

<Mnoge laži mi znamo kazivati istini slične  
 Ali, kad hoćemo, znamo objavit' i istinu pravu>  
 <Hesiod, *Pozitnač bogova* 27–28>

Kako vidiš, samim svjedočanstvom Muza on otvoreno podržava sustav filozofskog bavljenja znanostu, ali nisam se mnogo potrudio da upravo tom riječju nazivamo didaktičare. Prija Addisonov postupak u pobijanju onih koji su opadali Miltonov ugladeni izraz i koji su odricali da se njegov ep treba nazvati herojskim zbog toga što su prvi dijelovi epa posvećeni Bogu. "A vi, nazovite ga božanskim," reče Addison, "ako vam se ne mili reći da je herojski" <usp. *Spektator* br. 267 od 5. 1. 1712>. Isto tako didaktičke pjesnike, što se mene tiče, jednako se slobodno može nazivati pjesnicima fabule, istine i mudrosti."

Tada Baldo reče: "Ja osobno ne bih raspravu mnogo skretao na ime kad ne bih vidio da se u ovoj prepirci oko riječi ne radi o samoj biti stvari i da se sva moć i narav pjesništva dovodi u pitanje. Ako smatraš da pjesnici ne trebaju sakupljati priče zbog njih samih, ipak pristoji da priznaš kako ih moraju sačuvati poradi one obaveze oponašanja koja je pjesnicima propisana kao poglaviti cilj. Znaš kako većina smatra da se sve odličje pjesništva nalazi u oponašanju ljudskih radnji i da su priče neka vrst pomoćnica i stvarateljica toga oponašanja. Iako običava unijeti mi neku sumnju, ipak njihovo mnijenje jako me uzbuđuje kad god razmišljam da je taj isti zakon o oponašanju napisao sam Aristotel kao utemeljitelj države pjesnika. On je odredio da se Empedokla mora isključiti iz države pjesnika zato što je, ne upotriježivši nijednu priču, odstupio od te norme i što je filozofiju opjevao golim stihovima. Pače, Aristotel je ustanovio da je ono poimanje sestra blizankinja oponašanja, pošto pjesnici njih same, o kojima govore, uvode kao bića koja govore. Ako bi oni u nečem odstupili od tog oponašanja strane i tuđe osobe i ako bi zagovarali kako stvari i događaje treba iznositi onakvima kakvi jesu, ovi pak proklamiraju kako oni tada nisu pripovijedači i da ih se ne smije nazivati ni oponašateljima ni pjesnicima. Stoga, što će imati poučni pjesnici? Što će im ostati od tog pjesničkog umijeća kada se oni ne budu mogli baviti ne samo nikakvim oponašanjem radnji, nego im oduzimamo priče, tj. one same instrumente za takvo oponašanje i svekoliko pretvaranje?"

Tum A. me etiam, inquit, vehementer moveret ac frangeret Aristotelis auctoritas, quem poëtes conditorem iure nuncupas et quem aequae aliarum complurium doctrinarum artificem appellare possumus, cum tot disciplinae antea dispersae ac dissolutae summa ingenii solertia primus constrinxerit, in artemque redegerit. Sed quo magis praeclara atque egregia omnia de hoc artium moderator sentio, eo difficilius mihi in animum possum inducere hac illum mente fuisse, ut poetarum studia ullis brevioribus spatii, quam naturae ipsius amplitudine circumscriberet. Nam si ex hac tertium universitate exclusos ad humanarum actionum imitationem quasi in exiguum *gyrum* compulsi, et si ad illas, quas commemorasti, imitandi leges eorum praestantiam aestimare oportebit, iam Homerum ipsum, quem alioquin ceteris omnibus praetulit, post minorum etiam atque abellanarum scriptores ponamus, necesse erit. Nimirum poëtam tum illum dumtaxat appellabimus, cum alios loquentes inducit: illam autem eius poematis partem longe maiorem atque ampliozem, in qua nullo alieno indicato sermone ex se ipse nobis deorum atque hominum facta, mores, ingenia mirifice exprimit, credo, repudiabimus, nec proinde imitatorez nec poëtam ibidem illum esse censebimus?

Tum B. sed fortasse, inquit, Aristoteles non tam poëtas quam genera ipsa poematum exquirens interque se comparans illud intuebatur, quamam in re potissimum vim naturamque carminis poneret. Quae si in hoc sita est maxime, ut nos aequae moveat, ac si oculis atque auribus res ipsae in animos influent, nihil propius ad hanc aurium atque oculorum fidem accedet, quam haec alienae personae ac sermonis imitatio. Atque idcirco, opinor, perfecti poematis exemplar verasque imitationis sedes tragoedias esse statuit. Nam etsi poëtae alias etiam habeant, quas sequi possint, rerum effingendarum rationes, tamen, si ab hac una alieni sermonis inductione recesserint, describere illos tunc potius quam imitari dixeris.

Hic A. sed si hac, inquit, describendi opera ita nos commovebunt, ut res ipsae, si obicerentur sensibus, non acrius percellerent, quid interest describere ne, an imitari istud dicamus? Quid enim refert, an alieno sermone, an carminis vi ceterisque artis miraculis moveamur? Non Oedipum ipsum, cum sese Laii interfectorem fuisse comperit in scena eulantem, sed ab aliis narrari illius luctum audimus, neque tamen idcirco minus exhorrescimus. Tam apte est enim doloris illa vis, tam ad veritatem naturae descripta, ut audire lamentantem ac fibula sibi evellentem oculos videre videamur. An Briseidis ab Achille discedentis dolorem uno Homeri versiculo descriptum non melius intelligimus quam si divitissime conloquentem induceret? An ulli sermones vim potestatemque deorum tantopere exprimere possent, quam

Tum B., an, inquit, didascalicos, quoniam in remissione scribendi genere versantur, idcirco ab omni sublimium rerum magnitudine arcebimus? An solis epicis ingentium huiusmodi argumentorum omnem apparatus tribuimus? At ne illi quidem ipsi in eadem semper magnificentia versantur? *Liadem* dicendi vi ac magnitudine *Odissea* uberiores ipsa rerum magnitudo ac dignitas faciebat: nec iis assentior, qui Homeri magniloquentiam cum aetate consensuisse existimant, sed *πολύστολος οἰκωπολιών* grandiores opinor sonos etiam maiores sua sponte protulisse. Verum quot genera huiusmodi sublimium rerum pertractari a didascalis possunt, quae ipsis epicorum argumentis nec admirationis minus habeant nec nostra minus intersint? Si de virtute atque honestate, si de moribus ac legibus, si de administranda civitate dicere instituent, quae series, quae ubertas orietur rerum magnificentissimarum? Sed si Empedocleam illam rationem velint persequi ac de rerum natura et causis dicere, quid esse poterit ad agendum amplius, quid hac mundi universitate maius, quid nobis opportunius? Illae Graecorum concertationes atque ipsa Romani imperii constitutio, quam minuta res atque angustae videbuntur, quam ad nos fere nihil pertinentes, si huic tantae magnitudini totique commodis conferantur.

At de illa, inquit A., magnitudine atque utilitate rerum agimus, quae sensu ipso per se gignitur suaque sponte nos excitat. Sint enim haec, quae de naturae causis atque effectibus dici possunt, magna aequae nobisque percommoda, num tamen idcirco perinde nos tangunt atque hominum res, quae communiione quadam naturae nobis tam finitimae sunt ac propinquae? Proinde quis unquam siderum et caeli conversiones aequae atque civitatum motus ac mutationes ad sese pertinere existimat? Nuda scilicet ac vacua omni animorum perturbatione ista sunt, neque propterea cum illa humanarum rerum utilitate comparanda, quae cum suavis

Tada Antun reče: "Doista se ne plašim gomila tih ponajmanje častohlepnih građana, niti sudim da može doći do ikakvog, ma i lakog međusobnog prepiranja različitih porudaka. Svaka od njih ima odvojena sjedišta, nejednake stupnjeve pjesmama, rješavaju različite stvari. A svaka od njih ne traže niti iste polete, niti isto nadahnuće. Episki pjesnici opjevavaju junacka djela slavni ljudi. Iz njihovih stihova saznajemo i domovinsku povijest kraljevstva i naroda s kojima imamo mnoge zajedničke zakone. Sve to i samom veličinom sadržaja jako obuzima naša srca i naše misli, koji teže onom što je uzvišeno i čudesno, pa je to silno važno, bliže nam je i doima nas se više. Poučni pjesnici morat će upotrebljavati ungereniji način izražaja dakako, prikladniji za podučavanje istine. Ako im manje dolikuju snage episkih pjesnika, toga radi nisu lišeni svoje uglednosti i fineće izražaja. Menandar nije želio biti sličan Homeru i nije smatrao da treba upisati sebi za manu što je nabijen vlastitim uredima, a oskudijeva tuđim."

Tada Baldo reče: "Zar ćemo poučnim pjesnicima, zato što se bave krotkijom vrstom pisanja, zabraniti da se bave bilo kojom znaменitošću uzvišenih stvari? Zar ćemo svu krasotu takvog sadržaja i oštrocunja podariti samo episkim pjesnicima? Zar se doista oni sami ne bave uvijek jednom te istom gizdavošću izražaja? Samo dostojanstvo i jakost stvari činili su snagom i veličnošću izražaja *Iljadu* bogatijom od *Odisjeje*, niti se pak ja slažem s onima koji smatraju da je Homerov uzvišeni jezik s vremenom onemogućao, nego mislim da je veličanstvenije upravljanje državom «*πολύστολος οἰκωπολιών*» samo od sebe izneslo čak i one veće riječi. Doista, poučni se pjesnici mogu baviti tako brojnim vrstama uzvišenih ovovrsnih sadržaja, koji nas ne zanimaju manje niti im se manje divimo nego samim sadržajima episkih pjesnika. Ako se odluču govoriti o krepovitima i dostojanstvu, o običajima i zakonima ili o upravljanju državom, koje će se samo pojaviti vrste i koje bogastvo najvećanstvenijih stvari? No ako bi htjeli slijediti, ono empedoklovske poimanje te govoriti o prirodi stvari i uzrocima, što bi od toga moglo biti šire za sadržaj, što veće od te sveukupnosti svijeta, što li nama prikladnije? Ako bi se onamo skupile kolike znamenitosti i tolike zgodne, iznijela bi se na vidjelo sva ona prepiranja Grka i sam ustroj rimskog carstva, te tolike rascjepkane i neznatne stvari, kao i one mnoge druge, koje se nas gotovo ništa ne tiču."

Reče nato Antun: "Mi govorimo o onoj veličnosti i keonisti stvari koje se pojavljuju same od sebe preko osjećaja i nas same od sebe poučuju. Postoje i one stvari za koje se može reći da su uzroci i učinci prirode, a koje su jednako velike i nama veoma zgodne, ali zar će nas ipak stoga tangirati jednako kao i ljudske stvari, koje su nam tako bliske i familijarne zbog nekog prirodnog zajedništva. Potom, tko ne smatra da se njega ne tiču jednako obitranja zvijezda i neba kao i pokreti i mijene u državi? Naravno, sve je to lišeno i prazno gleda svake pomnije duha, pa zaradi toga i nije dopušteno s onom znanom ljudskom probiračnošću sjećati ono što je tako

hiscie motibus tam arcte coniungitur. Nosti enim, quem ictum habent, quo pel-lunt animos falsae illae atque inanes affectiones, quam iucunde agitamur, cum amamus, cupimus, expavescimus. Similitudine rerum abrepti nos ipsos in illis fortunae commutationibus versari fere credimus et affinitatis quadam coniunctione commovemur. Haec ab ipsis naturae initiis profecta et in omnium insita sensibus subito nos excitant; illa autem, quae tam longe a nobis remota intelligendo diuque meditando vix assequimur, aut nullos aut lentos certe ac desides motus afferunt.

Tum B., at ista, inquit, si ita videtur, accuratius exquiramus. Fortasse enim nec tam segneriter nos ab his rebus moveri comperimus, quas intelligendo meditandoque intime percipimus, nec ab his ipsis, quae communibus infixae sensibus videntur, impelli nos acriter cognoscimus, nisi cum eadem antea animo et cogitatione probe perspexerimus. Quid enim quempiam nulla cogitatione instructum, nisi paene stiptem aut beluam ad pastum abiectam censas? Earum, quippe etiam rerum, quarum peculiares nobis conciliationes natura fecerit, facile tum sensus hebescit atque extinguitur, cum nullo usu intelligentiaque excitatur. Proinde, si qui ab omnium societate seiuncti in montibus ac silvis nati atque alti sunt, ipsos hominum occursus fugiunt et omnem naturae coniunctionem abruptum. Quo autem quisque est sociatior et convictu hominum excultior et suae et ceterorum utilitatis intelligentior, eo acius illius coniunctionis vi capitur et relinquorum opis atque auxilii indigentem se videns ad optulandum aliis est propensior. Primo suae ipse civitatis, deinde finitimarum, demum omnium gentium propinquitate devinctus, humani nihil a se alienum putat; regionum etiam remotissimarum res moresque inquirit, casibus fortunisque movetur, tantum denique caritate ac benevolentia quantum cognitione progreditur. Verum si idem rerum cognoscendarum limites non terrae finibus terminaverit, sed eo usque intelligendo perrexerit, quoad animo et cogitatione potest pertingere; si non solum fluxa haec et brevia, sed immensa etiam ac perennia mundi corpora eorumque ingentes illos cursus conversionesque viderit, quam se ille repente e socordia colliget ac recipiet, et huius tantae magnitudinis animadversione excitatus, quam se antea hospitem ac peregrinum in hac naturae universitate fuisse mirabitur! Cumque se non unius loci popularem, sed mundi ipsius tanquam ingentis municipii civem agnoscat, quam illum fere paenitebit rerum atque commoditatum omnium, quae angustis nostrarum urbium ac regionum spatiis coarctantur! Quam nihil manus reputabit, nihil quod nostra magis intersit, quam hunc tam ingentem rerum omnium ac tam praeclearum ordinem! Peragrare tum sibi immensos naturae fines videbitur ac supra hominis fortunam ac vitae

tijesno povezano s tim draženim pokretima. Ti si doista znao kakav imaju udarac, kamo fieraju duše ona lažna i prazna duševna stanja, kao i to kako bivamo ugodno vitlani kad god volimo, žudimo i strepimo. Zavedeni sličnošću stvari mi gotovo vjerujemo da se sami nalazimo u onim promjenama sreće i neka, kao rodbinska sveza, potresa nas. Ovo od samih prirodnih početaka napredno i u osjetima svih ljudi prirodno, brzo nas potiče, dok ono što je tako vele udaljeno od nas tek spoznanjem i dugotrajnim razmišljanjem polučeno ono donosi ili nikakve ili mlitave, odnosno upravo lijepe pobude.”

Tada Baldo reče: “Ako tako izgleda, onda ih pomilivo istražimo. Možda ćemo zajedno otkriti da nas te stvari, koje dubokoumno poimanjem i razmišljanjem shvatimo, ne pokreću tako sporo, a isto tako ćemo spoznati da nas one pak iste stvari, koje izgledaju da su usadene u sve zajedničke osjećaje, ne potiču tako često, osim ako njih iste nismo ranije valjano spoznali umom i srcem. Što pak misliš o bilo kome tko nije osposobljen nikakvim spoznajom, nego da je klada ili neman određena za krmiljenje? Naravski, od svih onih stvari od kojih je mogla priroda stvoriti nam osobite sponne, budući da ne izgrađuje osjete nikakvom ni uporabom ni spoznajom, tada ih brzo otpufljuje i gasi. Potom, ako su neki izdvojeni iz svakog mogućeg društva, rođeni i othranjeni negdje na planinama i u šumama, oni sami bježe od susreta s ljudima i raskidaju svaku prirodnu svezu. Što je netko društvom i druženjem oplemenjeniji, to je vještiji za svoju i ostalih korist, time on revnije osvaja snagom svoga društva, a uviđajući kako je i on sam potrebnik snage i pomoći ostalih ljudi, postaje sve prikladniji za pomaganje drugima. Onaj tko je sam osvojen sredstvom svoje domovine, zatim susjednih država i napokon svih naroda, on ne smatra da mu je išta strana što je ljudsko. On istražuje nazav i običaje čak i najudaljenijih krajeva, njegova potresaju jednako sve nesreće i sudbine, jednom riječju, on napreduje toliko u ljubavi i dobrostvosti: koliko i u teoretičkim spoznajama. Doista, ako on one iste mede spoznavanja stvari ne završava s krajevima zemaljskog svijeta, već ih pruža sve do onog poimanja, dokle može doprijeti duhom i spoznajom, te ako ne gleda samo ova trošna i kratkotrajna tijela, već i neizmjerina i vječna tijela svemira, kao i ona njihova ogromna putovanja i periodiska vraćanja, kako će se on samo iz mlitavosti nenadano dići i uzmati natrag potaknut pažnjom te tolike velebnosti i kako će se samo čuditi što je ranije bio samo gost i došljak u tom univerzumu prirode. I kad on spozna da on sam nije stanovnik samo jednog mjesta, nego da je građanin čitavog svijeta kao nekog ogromnog grada, koliko će se upravo žaliti na dobra i uslužnosti svih koji ga u tom suzujju uskim prostorima naših gradova i krajeva! Nije mu moguće preporučiti ništa veće i ništa što nam je važnije od toga tako ogromnoga i tako predmnoga poretku čitavog svijeta! Tada će mu se činiti da putuje kroz neizmjerne krajeve prirode i da je uzdignut nad

condicionem erigi; neque enim annorum brevitate atque imbecillitate corporis, sed animorum comprehensione et scientiae amplitudine vivendi rationes aestimabit. Qua rerum admiratione qui semel rapti sese is cognoscendis implicaverunt, ab isdem divelli vix unquam patiuntur. Neque enim si tranquillores ac minus turbulenti sunt quam ceterarum cupiditatum, hi scientiae motus minus alacres idcirco atque ad allucindas mentes validi sunt illius impetus. Siquidem insatiabili, quod nobis a natura est inditum, sciendi desiderio, sine summo iucunditatis sensu facere satis non possumus. Hinc ambitionum illecebras missas faciunt, non odio, non metu, non voluptate alia a semel instituto studio detorqueuntur, vitae ipsius pericula contemnunt aut minime sentiunt. Quod qui feret, nisi hic veritatis quaerendae ardor ceterarum omnium cupiditatum vim antecederet? Atque inde profectae sunt illae nobilium etiam philosophorum sententiae, in veritatis cognitione summum honorum finem statutum. Ad hanc scientiae vim cum suavitas carminis accedet, quam validiora erunt haec ipsa invitamenta naturae? Quam labentur vehementius, tanquam amantissimae hastae et quam altius intimis sensibus inhaerescunt? Hanc igitur scientiae ac humanitatis societatem si didascalici sequuntur, quid est quod illis singularem movendi et delectandi opportunitatem non concedamus? Quid enim aliud indicant illi Sirenum cantus, qui ab Homero tam valentes ad sapientis animum fuisse memorantur, ut Ulysses de suis suorunquae fortunis periclitari mallet, quam cantus, qui ubere rerum scientiam pollicetur, suavitate carere? Quid a Vergilio convenientius repertum est epulis conditorum Romani et Carthaginensis Imperii, quam illud ab Atlante traditum de stellarum cursu ac rerum causis carmen? Nempe ut declararet optimo cuique, doctrinam cum elegantia coniunctam esse iucundissimam.

Tum ego, magnifice, inquam, haec a te dicuntur; sed si rem ipsam propius intueare, vereor, ne repente dilabi hanc tantam iucunditatem invenias et hos Sirenum cantus ab auditoribus paene vacuos ac desertos relinqui. Quotus enim quisque ad haec quaeso se conferet? Si iis rebus moventur homines, quas intelligunt, videtis, quam pauci sint, qui horum scientia trahantur. Atque hi quidem ipsi, nisi humanitatem litterarum cum doctrina coniunxerint, haud scio, an haec ita verbis exornata facile respiciant. Quo igitur recidet ea tam gloriosa suavis, quae ipsa audientium infrequenta palam refellitur? Quod eo magis in hoc scribendi genere erit reprehendendum, cum poëtae et utilitatem plurimorum maxime spectent et voluptatem? Tum A., at cur, inquit, a didascalis flagitabimus, ut quaecumque litteris mandaverint, ad omnium intelligentiam accommodentur? An iis duriores scribendi leges quam ceteris omnibus imponimus? Quasi vero qui ornatos ac venustos se esse velle profiterentur, continuo eos oporteat facile item ac dilucide omnibus dicere atque hebetiorum etiam ingenia acere. At cur non illud idem a ceteris compute et iucunde scribentibus expetimus? Qui quidem scribendi officio facere satis putan-

sudbinu čovjeka i nad udes života; tada pak neće prosuđivati razloge življenja ni po kratkoci godina ni slaboci tijela, nego po duhovnoj moći shvaćanja i širini znanja. I svi oni koji su bili jedandput zarobljeni tim divljenjem prirodi sami su se zapleli u istraživanja svijeta, pa jedva kad dopuštaju da ih se iz njih otrgne. Iako su oni znanstveni poticaji mirniji i manje uznemiravajući od ostalih strasti, togra radi nisu ništa manje vatretnije i snažnije žestine od navala drugih oduševljenja u pridobivanju umova. Dakako, nezaisitnu želju za znanjem, koja nam je prirodno dana, ne možemo dobro ispuniti bez najvećeg osjeta ugodnosti. Odavle puštaju častohlepne mamce od kojih se, jer je jedandput težnja uspostavljena, ne mogu osloboditi ni mržnjom, ni strahom niti pak kojim drugim nasojanjem, a opasnosti po sam život ili preziru ili ih veoma slabo čute. Što on može postati ako ovaj žar istraživanja istine ne nadvijuje snagu svih drugih čežnja? Kad će ljupkost pjesme steći onu snagu znanja i koliko će biti jači ti prirodni mamci? Koliko će brže od zavrtanah motki padati i koliko će se ugreznuti dublje u intimnim osjećajima? Ako dalje pjesnici budu sljediti to zajedništvo znanja i uljudbe, zašto im ne dopuštamo jedinstvenu priliku da ljude pobuduju i razveseljavaju? Zbog čega drugog oni otkrivaju pjev Sirena za koje je Homer pripomenno kako su tako snažno djelovale na duh mudraca da je Odisej više volio izvrnuti opasnosti svoju i svojih drugova sreću nego se lišiti dražesti pjesvanja koje obećavaše bogato znanje strvari? Što je drugo Vergilije prikladnije iznio na gozbi osnivača rimskog i punskog carstva do onu pjesmu o kretanjama zvijezda i uzrocima stravi, koju je ostavio Atlant? Naravno, učinio je to da bi svakom čestitom čovjeku razjasnio kako je uvijek bila najljupkija znanost kad je združena s ljepotom."

Tada ja rekoh: "Sve to si izvrsno rekao, no bojim se, ako izbližeg promotris samu stvar, nećeš li otkriti da se iznenada raspada sva ta velika ljupkost i te pjesme Sirena koje slušaoci ostavljaju i odbacuju kao isprazne. Koliko to, molim, može koristiti svemu ovome? Ako ljude pokreću stravi koje se spoznavaju, vidite kako su malobrojni oni koji su privučeni znanosti. I upravo ti sami ljudi, ako su spojili književnu obrazovanost sa znanosti, ne znam, da li sve to tako urešeno stihovima oni ne odbacuju lako? Kamo će pasti, dakle, ta tako slavna dražest, koju potajno razložno pobija sama malobrojnost slušalaca? Tim više, zašto će se morati shvaćiti da pjesnici najvećma paze na korist i želju većine u toj vrsti pisanja?"

Tada Antun reče: "Zašto tražimo od poučnih pjesnika da što god oni zapišu, to prilagođuju pojmanju svih ljudi? Da li postavljamo njima okrutnije propise u pisanju nego svim ostalim? Kao da oni doista očituju kako žele biti kličeni i dražesni, odmah potom kao da su oni dužni svima govoriti jednako vješto i jednako razgovijetno, a čak i brusiti umove tupih ljudi. I zašto ne iskamo i od svih ostalih koji pišu da to isto čine uglađeno i ljupko? Upravo oni smatraju da im je dužnost

tur, si a peritis eorum rerum, de quibus agunt, probentur. Qui historiis scribendis dant operam, cum de regionum situ, de instruenda acie accuratius dicunt, ab iis fere solis, qui locorum descriptiones rite teneant et militari scientia instructi sint, intelligi probe possunt, neque tamen praeclearae conscriptae historiae laude carent. Nemo Aristotelem, nemo Platonem non inter summos egregie dicendi magistros collocat, tamen a doctissimis tantummodo legantur. Ipsae Latinae eloquentiae patens Cicero non minorem opinio propterea sibi laudem comparavit in iis, quae de philosophia eximie scripsit, quia a paucioribus cognoscuntur. Sed discendum a philosophis, ad poetas veniamus. Ipsam illud insolens eorum dicendi genus et aliena pere, qua loquuntur, lingua, quid magis declarari quam fugienda multitudinis consilium? Nonne aperte istud etiam indicant, cum identidem profanum atque imperitum vulgus a suis versibus arendum denunciant? Quod eo magis mirandum est, cum in rebus in communi intelligentia positus idem faciunt et peritioribus placendi studio has ipsas a populi iudicio remouent. Non est necesse commemorare multos. Quis Pindaro in rebus facillimis difficilior? Sed num idcirco non illum inter poetarum principes numeramus? Quanto magis igitur didascaliceis id erit dandum in rebus altissimis et sapientiae natura a multitudinis usu abhorrentibus? Nisi forte, quod in libris etiam argumentis concedimus ceteris, in philosophia non ipsis dabimus, ut peritissimis placeant. Nam quod ne doctis quidem ipsis parere promiscue adiutum ad suos versus sinunt, sed praestantiorum tantummodo suffragia postulant, quis hoc in illis iure reprehendat? Cum Socraticis olim laudi fuerit, quod iis tantummodo scriberent, qui essent et philosophia et politoribus litteris exculti, cur non idem consilium in his artium docendarum poetis erit aequae commendandum? Si eos sibi iudices seligent, qui doctrinas cum humanitate coniunxerint, reliquos vero quasi non satis Musarum ritu initiatos reicient, quis non auditorum paucitatem eorumdem dignitate probe compensatam existimet? Si quae quis scriberet, probare optimis posset, quid iam plurimorum sententias quaereret? Musarum enim cultus ii demum sunt maximi, qui et doctrinis ipsis lucem ac splendorem afferunt et praestantiora ingenia perficiunt ac illustriore loco statuunt.

Hic ego, vos vero, inquam, egregie didascalicoorum rationes defenditis et quibus in rebus verebar, ut mihi non satis eorum causam probaretis, ibidem valere eos plurimum persuadetis. Iam enim fateri cogitis singularem inesse posse in eorumdem versibus praestantiam, et quae cum ipsis episcis facile possit contendere.

Tum B., sed ne plus aequo didascaliceis, inquit, videamur tribuere ad illam normam. Si placet, rem perpendamus, qua una fere in ceteris artibus aestimandis utimur,

pisati ako im povladuju oni ljudi koji su vješt u onim stvarima s kojima se oni bave. Oni koji se predaju na pisanje povijesti, kad pominjuje govore o položajima kraljeva i o poretku bojnog reda, oni mogu biti točno shvaćeni tek kad se pravilno drže opisa mjesta, počev od onih podneblja koja obitavaju, zatim ako su upućeni u umijeće vojništva, pa njihove povijesti neće biti lišene pohvala, ako su veoma jasno napisane. Nitko ni Aristotela ni Platona ne smješta među vrhunske učitelje izvrsnog govorništva, iako ih upravo kao takve čitaju oni najučenjiji. Ne smatram da je Cicero, sam tvorac rimske rječitosti, namakao sebi zbog toga manju slavu u onim djelima, koja je izvrsno napisao o filozofiji, budući da ta djela poimaju malo-brojni ljudi. Ali, udajimo se od filozofa i vratimo se pjesnicima. Ona sama neobična vrsta njihova izražavanja i jezik kojim govore gotovo je tuđ, jer više objašnjava sajet nego izbjeđavanje sjetine. Ne ukazuju li na to otvoreno kad proglašavaju da upravo tu prostu i neučenu sjetinu treba držati podalje od njihovih stihova? Zbog toga je nužno većina se čuditi kad isto čine u stvarima po općem poimanju izloženim, dok u onim vještijim te iste od prosudbe naroda uklanjaju s težnjom da mu se dopadnu. Nema potrebe mnoge spominjati. Zašto je Pindar tež u najlakšim pitanjima? No, zar stoga njega ne ubrajamo među prvake pjesnika? Koliko se to pak više mora dopustiti poučnim pjesnicima u najvišim stvarima, u kojima se oni po samoj svojoj prirodi groze na uobičajeni govor običnog puka? Ako slučajno to u laganijim sadržajima dopustimo ostalima, samima sebi ne dopuštamo to u filozofiji, da bi se dopadali najvještijima. Tko s pravom kod njih ne prekorača to što ne dopuštaju ni učenicim ljudima otvoriti zajednički pristup njihovim stihovima, nego od uglednih traže samo pohvale? Kao što su sokratovci nekoć uživali slavu samo zato što su njima pripisivali da su naobraženi u mudrozanstvu i lijeplim književnostima, zašto se ne bi trebalo taj isti sajet preporučiti ovim pjesnicima umijeća koja moraju poučavati? Ako će odabirati sebi za suce one koji su mudro spojili nauk s u ljudbom osrale će odbaciti kao one koji nisu dovoljno posvećeni po obredu Muza, tko neće smatrati da je malobrojnost slušalaca ugledom sudaca iskustveno potvrđena? Ako bi netko nešto pisao, može potvrditi najboljima, zašto isražuje mišljenja mnogih ljudi? Naime, najveće štovanje Muza posjeduju tek oni koji pridonose jasnoću i sjaj samim znanostima, te izgrađuju izvrsnije umove i postavljaju ih na uglednije mjesta.”

Tu ja rekoh: “Vi doista izvrsno branite počela poučnih pjesnika i u onim stvarima za koje sam se pridržavao da mi nećete potvrditi kako je njihov razlog dostatan, a vi me upravo uyetavate kako oni u tom vrijede veoma mnogo. Naime, već se domišljš kako priznati da se u njihovim stihovima može nalaziti ona osobita vrhina, koja se lako može poređiti sa samim epskim pjesnicima.”

Tada Baldo reče: “No izgleda da mi ne dajemo poučnim pjesnicima podjednako prema onom pravilu, pa ako se slažete, pretresimo sud s kojim gotovo jednim se

nimirum quo quaeque acriorem animi vim atque ingenii aciem postulant, eaedem ut maiore etiam in laude sint. Quem enim alium modum in iudicio de artibus ferendo adhibemus, cum prae hac ingenii existimatione nullam interdum ne utilitatis quidem ipsius, ac vitae necessitatis, quae ceteroquin tanquam finis artibus est propositus, rationem habeamus? Quis enim signa ac picturas egregie laboratas ob eam utilitatis inopiam minus magnificet? Aut poetarum labores ob solam dicendi excellentiam, non philosophorum ac mathematicorum etiam inventis conferat, cum utraque parem animi solertiam in dissimili genere praesecerant. Si ad hanc igitur legem didascaliorum conatus exigemus, facile opinor, ceteris eosdem praeferemus, qui in hac ingenii contentione duas habent excellendi partes dupliceunque commendationis causam, alteram a dicendi laude, alteram a rerum praestantia deductam. Ac de dicendi quidem laude satis esse arbitror, quae haecenus sunt commemorata. Quod ad res ipsas attinet, certe non minorem ingenii vim declarant. Nam quaecumque in promovendis doctrinis excogitata ab aliis atque inventa divinitus fuerunt, dum illi in bono lumine collocant atque eo Musarum ornatu distinguunt, tam miram ac singularem rebus speciem afferunt, ut parem iisdem rerum auctoribus ingenii sibi gloriam vindicent. Quidni enim invenienti paene laudem promereri illos possint, quorum egregio dicendi artificio quaecumque exposita sint, continuo eadem nova omnino et nunquam antea aut lecta aut audita videntur? Quare quae tam praecleara erit epicorum et tragicorum opera in fabula rite constituenda atque in rebus, quas quis gesserit, apte disponendis, quae hoc admirabili rerum contextu a naturae ipsius fonte deducto ac Musarum compitu exornato non obscuratur?

Tum ego, sed vide, inquam, quid hoc constituendae fabulae nomen valeat; ne eius significationem, quo minime est aequum, trahas, si propriam epicorum in recta rerum constitutione laudem cum didascalis communices. Quid enim quaeeso commune habet cum eo, quem didascalici sequuntur in rebus apte collocandis ordine, haec, de qua est sermo, rerum sive fabulae constituendae ratio? Nosti eam totam epicorum ac tragicorum virtutem esse, qua omnes poematis partes mira rerum consensione constringunt unamque rem efficiunt. Quorum artificium in eo minimum versatur, ut summa varietate distinguant omnia, rursus eadem ut inter se neccant et posteriora prioribus, quae praecedunt, consequentibus ita colligent, unum ut exitum cuncta respiciant atque ad eundem referantur, demum ut loco etiam ac tempore congruant. Cuius quidem rei tanta vis est, ut ceterae etiam artes illam admiratae ad sese traduxerint, nec in pictura nec in architectura praeclearum quidquam esse possit, quod non ex hac partium coniunctione efflorescat. Sed ab ea laude didascalicos suapte natura longe removeri vides. Ob ipsam tam multiplicem ac variam rerum inter se plerumque disiunctissimarum tractationem, quo

služimo u procjenjivanju ostalih umjetnosti, naravno, tim više sve ono što iziskuje brifkiju snagu duha i oštrinu uma, to treba ubrajati u pohvalnije stvari. Koji pak drugi način rabimo u donošenju suda o umjetnostima, kad prema toj procjeni uma ponekad nemamo nikakvo načelo (i ne donosimo ga), niti zbog kakve koristi od njega, niti pak iz potrebe života, pa što je to inače uzeto za cilj umjetnostima? Zar bi tko kipove i izvrsno urađene slike mogao manje cijiniti zbog one oskudice glede probitka? Ili pak djela pjesnika poradi jedinstvene izvrsnosti izraza poradi čak s pronalascima mudroznanaica ili matematika, kad i jedno i drugo zgusnuto donosi jednaku vještinu duha u različitim vrstama. Ako spram ovog zakona onjerrimo pothvate poučnih pjesnika, smatram da ćemo njih cijiniti više od ostalih, jer oni imaju dvije strane po kojima se odlikuju u tom naprezanju uma, pa imaju i dvostruki razlog da ih se preporučii: prvo – zbog hvale vrijednog izraza, a drugo – zbog izvrsnosti građe. I sudim da je o pohvali izraza dovoljno ono što je doivle spomenuto. Što se pak tiče same građe, ona jamačno ne pokazuje manju snagu oštromnja. Dakako da sve ono što su drugi izumili unapređivanjima nauka, kao i sve ono što su otkrili, sve se to dogodilo po volji Božjoj, te dok god se oni dobro i jasno služe i tese tim utesom Muza građu, oni tako dobro razglašavaju onu čudesnu i osobitu vrst građe, te prisvajaju rad uma sebi slavu istu kao i sami tvorci. Zasto pak oni ne mogu steći gotovo slavu koja pripada izumiteljima kad sve što su oni izložili, učinili su to vrsnim umijećem izražavanja? Zašto će biti tako slavnra sva djela epskih pjesnika i tragičara zbog izgradnji priče i zbog zgodno raspoređenih junastava koja je netko učinio, a zašto neće biti i sva ona nepotamnjiva djela s tim divnim sklopom stvari proisteklim iz izvora same prirode i s uzvišenim utesom Muza?

Tada rekoh ja: "Ali, što znači ovaj pojam – sastavljanje priče? Pazi da ne izvodis njegovo značenje iz onoga što je najnepravednije, a to je, ako bi vlastitu slavu epskih pjesnika, u užem smislu, pomiješao s poučnim pjesnicima. Što, molim, ima zajedničkoga s onim poretkom što ga poučni pjesnici slijede smještajući zgodno građu, a to, o čemu je riječ, jest pravilo sastavljanja priče ili rasporeda građe? Ti znaš da to tvori svu onu vrhnu epičara i tragičara, s kojom oni divnim skladom građe stežu sve dijelove epa i stvaraju jedno djelo. Njihovo umijeće kreće se u tome da sve razglabaju prema najvećim razlikama, da iznova to isto spajaju međusobno, ono potonje s prvotnim, ono što ide naprijed smjestiti će tako s onim što slijedi da se sve obazire prema jednom ishodu i da govore o jednom te istom, kako bi se konačno sve slagalo glede mjesta i vremena. Doista, toliku moć posjeduje ta pojava da su ostale umjetnosti koje joj se dive pribavile je sebi, pa ništa ni u silkarstvu ni u graditeljstvu ne može biti veoma lijepo što se ne rascvjetava iz tog spoja dijelova. Onda vidiš kako se poučni pjesnici po samoj svojoj naravi jako udaljuju od one slave. Zbog same tako mnogostruke i različite uporabe predmeta koji su i većinom

pacito possunt adipisci illud unum et simplex, de quo nobis est sermo? Aut si id quoque modo consequentur istaec iners materiae coniunctio, quam unam assequi illi possunt, num satis pellet animos et cum illa actionis consensione, quam epici sequuntur, conferri poterit?

Tum B., at, inquit, si opifices etiam, ut dictum est a te, hanc partium inter se consentientium atque ad unum finem spectantium pulchritudinem in suis artificijs conantur imitari, cur eandem didascalici, si propria minus habeant, non item mutantur ad seque transferant? Quod pictoribus, architectis, musicis concedimus, cur illis invidemus? Nam si ex ipsa rerum coniunctione potest istaec carminis colligatio proficisci, qua ex re aptius eadem, quam ex his didascaliorum argumentis oritur? Quod unquam facinus, quae hominum actiones possunt tam multas ac tam varias res tam apte colligare atque connectere, quanta conspiratione et consensu tot ingentia interque se remotissima corpora gravitatis vi constricta, quasi illo Pythagoreo lovis carcere inclusa, in huius universitatis molem unumque mundi corpus coalescunt? Sed haec ex inerti materiae cogmentatione conflata consensio si tibi non satis accommodata videtur ad illam assequendam pulchritudinem, si non corporum se varie movementum concordia putas unum illud effici, quod alliciat animos, sed actione opus esse varia, praestante unius consilio directa, unum ad finem conversa, uno temporis locique termino circumscripta, nihilne consilii subsesse existimas in iis ipsis tam bene convenientibus motibus? Ex hac ipsa materiae coniunctione nullae erumpit seseque prodit ratio atque intelligentiæ? Cum hanc rerum molitionem ac naturae ordinem numeris et carminis vi patetactum intuebimur, non in animum irruet ac sensus omnes occupabit actio varia, multiplex, infinita, una eademque simplex, integra, absoluta, rationis ac sapientiae plenissima? Quis auctorem ac moderatorem operis non subito agnoscat, nec rerum aequae carminis *πρωτορωτορην* Deum esse perspiciet varias corporibus vires potestatesque adiungentem atque his tanquam administris hanc rerum summam stabilientem ac servientem? Num solemnem etiam ac iustam tam ingentibus rebus continentis loci ac temporis circumscriptionem desiderabit? Nam si annuo ac diurno Solis circuitu ac urbium et domorum ambitu huiusmodi actionis comprehensionem coartari minime posse intelliget, tamen alios inveniet magis consentaneos tanto operi attributos esse fines, temporum omnium diturnitate et spatiorum longinquitate circumscriptos, ipsius videlicet naturae immensitate prorogatos. Sed quid diutius in hac epici et didascalici carminis comparatione insistimus? Quid in his immoramur, quasi dubitemus divina humanae antepondere?

Tum ego, tu vere, inquam, dum didascalici tantam rerum magnificentiam tribuis, sublimius quoddam carminis genus ab iis postulas quam quod hominum ingenijs convenire possit. Si in coetus et concilia deorum Musas introduci oporteret, nullum

veoma rasuti, pod kojim uvjecom oni mogu postići ono jedno i osobito, o čemu mi sad govorimo? Illi, ako će oni na svaki moguć način slijediti to, baš najviše spajanje građe, koje oni jedinu mogu došći, zar će dovoljno taknuti duh i moći li se porediti s onim slaganjem djelovanja koje slijede epski pjesnici?

Tada Baldo reče: "A ako čak i tvorci, kako si ti već rekao, nastoje oponašati u svojim umjetinama tu ljepotu od međusobno složenih djelova, koji također teže k jednom cilju, zašto također i poučni pjesnici, ako vlastitu manje cijene, ne posude tu istu prilagodu je sebi? Zašto ne priuštimo poučnim pjesnicima one što dopuštamo silkarima, graditeljima i glazbenicima? Naime, ako iz samog spajanja građe može nastati baš to spajanje pjesme, zbog čega je onda ono prikladnije nego ono koje nastaje iz onih sadržaja poučnih pjesnika? Je li ikad postojalo takvo djelo koje može tako mnogo ljudske radnje i tako različite sadržaje zgodno povezati i sjediniti, koliko slogom i podudarnošću toliko silom gravitacije svezana neizmjenima i međusobno veoma udaljena tijela kao zatvorena u onaj pitagorejski Jupiterov zatvor, stegnut u jednu hrpu ovog svemira i u jedno tijelo svijeta? No ako ti izgleda da ovaj skovani sklad, zbog nevjeste skladajanja građe, nije dovoljno prilagođen za postizanje one ljepote i ako ne držiš da se on posuđe jedino složenosti tijela koja se razmjenice leću, nego radnjom koja treba biti raznovrsna i udješena po vrstnoj zamisli jednog čovjeka, otkrenuta jednom cilju, omeđena jednom međom vremena i mjesta, zar smatraš da se ništa od one zamisli ne nalazi u onim tako prikladnim kvetanjima? Zar iz samog ovog spajanja građe ne izbija ništa što se nadaje kao razum i poramje? Dok ne razmotrimo taj razmjesta i poradak razodkrene stihovna i snagom pjesme, raznovrsna, mnogostruka, beskrajna, jedna i jednako jednostavna, cjelovita, slobodna, prepuna koristi i mudrosti radnja, neće prodirjeti do duše i obuzeti sve osjećaje. Tko neće odmah spoznati troira i upravitelja djela i tko neće upoznati da je prapokretac jednako stvar i pjesme Bog koji združuje razne sile i moći tijelima, te se njihina kao sredstvima služi kao onaj koji utvrđuje i podlaže taj najviši cilj stvarima? Tko ne bi poželio svečani i pravedni opis vremena i mjesta tako ogromnom gradom koju mora sadržavati? Naime, ako sebi predoči da se shvaćanje takve radnje veoma malo može skratiti godinjinim i dnevnim tečajem Sunca kao i obilaskom gradova i kuća, ipak će pronaći da su tolikom djelu udjeljene druge, prikladnije granice, dugotrajnošću svih vremena i udaljenošću svih prostora omeđene, a jamatno neizmjennošću same prirode produžene. Pa zašto dalje s tim poredenjem pjesme zašavamo zajedno epske i poučne pjesnike? Zašto se na tom zašavamo kao da sumnjamo da se bozansko staveja ispred ljudskog?"

Tada sam ja rekao: "Ti doista, dok pripisuješ poučnim pjesnicima toliku uzvišenost sadržaja, tražiš od njih neku toliko uzvišeniju vrstu pjesme nego što može doseći čovjek svojim umom. Ako je potrebno dovesti Muze na skupštinu i u vijeće bogova,

certe esset, quod illis dari posset, neque maus nec dis auditoribus dignius quam, quale est a te adumbratum, de rerum ordine ac mundi conformacione carmen.

Cur vero, inquit A., non censeamus etiam inter homines versari posse divinos eosdem cantus, si praeclara haec argumenta didascaliorum studio eo usque recolantur et celebrentur, quoad perducta sint ad eam excellentem formam, quam et recipere ipsa possunt et carminis vis sustinere? Num enim commanibus ac vulgaribus exornandis rebus tantummodo poëtae praestant, in maioribus vero omnis eorum industria concidit atque diffluet? Num magnopere nos capient concinendis tenuiorum etiam hominum casibus, quorum ignorant nobis antea fortunae condicionem praeter expectationem recognoscimus, cum vero abditas atque obscuras rerum causas descriptionemque naturae nobis aperient, neque satis allicere neque detinere nos poterunt? At si tanta est in poëtarum artibus vis illius, quam ἀνθρώπιον vocant, nos agnitionem reddere possumus, in nullis aliis eadem certe melius quam in didascaliorum cantibus enitebit. Nunquam enim mihi persuasum erit illis inopinatis ac mirabilibus hominum casibus nos tam iucunde posse affici, ut ex maximarum rerum ac naturae ipsius agnitione non multus partibus uberiores voluptatis fructum capiamus. Cum igitur ortus ac principia intelligent rerum huiusmodi, quarum vim atque effectus ignotis etiam causis mirabamur, cum iisdem subesse legibus et certo et constanti cum reliquis omnibus ordine nexa atque aptata illa videbimus, quae discrepantia rebamur, interque se pugnantia et quorum non intellectus antea motibus perturbari cetera paene timebamus, quaeenam erit unquam ex aliarum rerum agnitione profecta delectatio, quae non huius tantae voluptatis copia superetur? Quae mutationes, qui repentini eventus ex ignotis antea cuiuspiam parentibus praeter opinionem competis derivati tam suaves esse possunt, ut pares sint huic cognoscendi iucunditati, cum quoad animo consequi possumus, longissimam illam causarum aliarum ex aliis succedentium seriem intelligimus earumque inter se et cum iis, quos gignunt, effectibus tanquam propinquitates et cognationes ediscimus? Tractantur haec ipsa quidem ab aliis etiam disciplinis, explanantur, docentur. Sed ut Phidias ex Homeri versibus pulchritorem hausit Iovis Olympii speciem quam nunquam antea ex illis aliorum corporum formis comprehenderat, sic hunc naturae ordinem ex didascaliorum numeris formosiores atque augustiores exoriri agnosceamus, quam ulla aliorum opera perfectum vidimus. Ex horum enim disciplinis ad poëtarum artificia delati tanquam e rudibus tectis in ampla ac illustra domicilia, ebore, auro, picturis instructissima, virgula illa Minervae repente traductos nos esse mirabimur. Quippe solidem poëtae vitam atque animam rebus ac divinitatem fere quamdam tribuunt. Cum haec suis illi compitibus attingerunt, non intervalla corporum tantummodo, magnitudines, celeritates cognoscimus, sed ad ipsam naturae molitionem coram intuendam adducimur, interesse operi, motus conversionesque contemplari nobis

onda ne postoji doista ništa što im se može ponuditi, ni veće ni dostojnije bogova slušaoca do li onakve pjesme kakve si ti opisao o poretku stvari i zamisli svijeta.

Tada reče Antun: "Tako doista ne smatramo da se među ljudima mogu nalaziti one iste božanske pjesme, što ako ta predivna gradnja revnošću poučnih pjesnika bude njegovana i proslavljena sve do te mjere dok ne postigne onaj izvrsni oblik, koji može sama gradnja poprimiti i moć pjesme podignuti? Zar se uistinu pjesnici odlikuju samo ukrašavanjem opet i rštranih djela i zar će sav njihov trud nestati i propasti u važnijim stvarima? Zar nas neće mnogo osvojiti slavjenjima doživljaja manjih ljudi čiji polozaj časti, ranije nepoznat nam, sada prepoznajemo, tako nas ranije nisu mogli dovoljno ni primamiti ni zadržati, sad će nam oni otkrivati skrivene i nejasne uzroke stvari i opis prirode? I ako se u pjesništvu nalazi tolika moć onoga što nazivaju ἀνθρώπιον <prepoznavaње>, mi možemo vratiti spoznavaju i ona ni u jednoj drugoj pjesničkoj vrsti neće bolje zasjati nego u pjesmama poučnih pjesnika. Nikada neću dostavno vas uvjeriti kako mi možemo tako ugodno djelovati na neke neočekivane i čudnovate ljudske doživljaje, budući da spoznavajom ne mnogih dijelova najvećih stvari i same prirode ubremu bogatije plodove uživanja. Dakle, kad budemo spoznali ishodišta i počela ovakvih stvari, čijoj smo se moći i učinku čak i ne spoznavši uzroke divili, tada ćemo vidjeti da se oni nalaze u onim istim zakonima i da su uređeni i vezani sigurnim i postojanim poretkom sa svim ostalim, a držali smo ih nepodudarnima i onima koji se međusobno bore i gotovo smo se plašili da oni sve ostalo smućuju ne poimanjima nego prije pokretima; da li će ikad biti iz spoznajne drugih stvari postignuto uživanje, koje ne nadilazi mogućnost ove tako velike želje? Koje promjene i koji iznenadni događaji, iz stranih ranije bilo čijih nastajanja osim mišljenjem potvrđenih, dovedeni mogu postati tako ugodni da su jednaki onoj slasti spoznavanja. Dokle god ih možemo duhom pratiti, poimanje onaj predgrt niz vzroka koji slijede jedni iz drugih, a od kojih one što nastaju između sebe i s njihovim učincima upoznajemo kao bliskosti i sličnosti. Također i ostale znanosti raspravljaju, objašnjavaju i poučavaju u tom istom. Kao što je Fridija iz Homerovih stihova izvukao ljepši lik olimpijskog Zeusa nego je ikad ranije bio poiman ikoji oblik nekog tijela, tako ćemo spoznati iz pjesama poučnih pjesnika da se ovaj poređak prirode nada još ljepšim i uzvišenijim, nego smo ranije iz ikogjeg drugog djela vidjeli koliko je savršen. Mi ćemo im se diviti da su nas prebacili s onom Minervinom šipkom kad budu njih iz svojih nauka prenijeli u pjesničko stvaralaštvo kao da su ih iz scoskih primitivnih kućica prenijeli u prostrane i svijetle dvorane veoma urešene bjelokošu, zlatom i slikama. Doista, jedino pjesnici udahnjuju građu život i duh i ono nešto gotovo božansko. Kad su se oni svojim dionstvom dotakli toga, nisu spoznali samo ruznike, veličinu i brzinu tijela, nego bivanu dovedeni sve do samog prirodnog kretanja pred promatranjem i čini nam se da promatramo kretanje i promijene što ih posjeduje djelo, a naposljetku ćemo

videmur, divinarum denique actionum consiliorumque testes ac spectatores assidemus. Nullos alios ego quidem poetarum conatus, non scenas, non theatra huic tantae pulchritudini comparo. Sed nimis longe nos susceptae disputationis ardor abducet, si cetera persequi volumus. Nam et familiares nostros brevi huc adfuturos opinor, qui si nos in eadem disceptatione deprehendent, aut ad redintegrandam controversiam adigent aut excludos se aegre ferent. Quare quae reliqua sunt, si ita videtur, in aliud tempus differamus. Cui cum assensi essemus, vultum et orationem ad remissioris sermonis urbanitatem traduximus.

[Christophorus Stay, "De poesi diascalica dialogus", u *Philosophiae recentioris versibus tractatae a Benedicto Stay libri decem*, Romae: In Typographio Paleariniano, 1792, prives sa samostalnom paginacijom, pp. 1–30. Transkribirao Ivica Martinović]

sjediti do gledaoca i svjedoka božanskih zahvata i savjeta. Doista, ja s ovom tako velikom ljepotom ne poridim nijedna nastojanja pjesnika, ni scene, ni kazališta. No predaleko će nas odvesti žar rasprave ako želimo istražiti i sve ostalo. Naime, smatram da će ubrzo doći ovamo i naši dragi kućni prijatelji koji, ako bi nas zatekli da još uvijek o istom raspravljamo, ili će nas prinuditi da opehujemo raspravu ili će pak teško podnošiti što su isključeni iz nje. Stoga ono što je ostalo, ako se tako nekom čini, odgodimo za neko drugo vrijeme. Budući da smo se u tom složili, skrenuli smo obrat i razgovor k finoci opuštenijeg svakodnevnog govora."